



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

**2. Gratia.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

tię, licet ius ciuile non concedat actionem. Se-  
cūs dicendum de obligatione naturali ortae ex  
honestatis, & gratitudinis debito, lib. 1. disp. 7.  
*nū. 15.*

¶ Famulus non petens salaryum triennio,  
non amittit illud in foro conscientiae, l. 7. disp.  
37. *nū. 17.*

## G

*Gratus.*

1 **G**ræcis nunquam licuit, nec Latinis ma-  
trimonium inire post sacrum ordinem;  
& Græcus sacris initiatus, non potest mortua  
vxore aliam ducere, libr. 7. disputat. 28. num-  
3. & 4.

2 Differentia inter Græcos, & Latinos in  
sacris ordinibus constitutos, hæc est, ut Græ-  
cis licet post coniugium ad sacros ordines  
transire, & uti matrimonio anteà contracto  
absque peccato, dempto tempore, quo altaris  
ministerio deseruire, vel consuetudine, velle-  
ge debent, quod Latinis est interdictum, l. 1.  
disp. 28. *nū. 5. & 6.*

*Gratia.*

1 Gratia, ut valeat, vel quævis dispositio  
non desideratur scriptura, nisi lex eam petat, l.  
3 disp. 35. *nū. 10.* Nec expirat ante reuocationem,  
l. 3. disp. 30. *nū. 11.*

2 Gratia non prodest, donec veniat in no-  
titiā eius, cui conceditur, licet concedatur  
per modum statuti, & constitutionis. Satis ta-  
men

men est notitia nuntij aut procuratoris, quo mediante priuilegium impetratur, & non sufficit intimatio cuiusdam tertij, sed requiritur nuntius destinatus. Vnde parochus, qui concesserat licentiam assistendi matrimonio cui-dam sacerdoti, & ille ignarus licentiae assistit, validum est matrimonium, si concesserat nū-tio ab illo Sacerdore missò: Secùs dicendum, si concesserat motu proprio parochus licentiam, vel ad instantiam alterius non missi à Sacer-dote, &, si reuocata sit licentia, sacerdosq; ig-narus reuocationis assistens, validum est ma-trimonium. Item licentia potest ad libitum reuocari, l.3. tota disp. 36.

3 Verba gratiae ita operari debent, vt nec una syllaba sit superflua, l.3. disp. 26. nu. 6.

4 Gratia ex motu proprio est subreptitia, quando non fit mentio prioris strictioris, lib. 8 disp. 22. nu. 8.

5 Gratiae, seu literae sacræ pœnitentiariæ suo valore non frustrantur, si aperiantur ab eo, qui non est doctor, l.8. disp. 34. nu. 12.

## H

### *Habitatio.*

1 **H**abitans in dupli parochia æqualiter morali modo, potest indifferenter co-ram parocho utriusque matrimonium inire, & utriusque confiteri, & quando sunt duo paro-chi in solidum unius parochiae, potest alteru-ter, altero inuito, ministrare sacramenta, li. 3, tota disp. 24.

2 **H**ab-